(1)-5

·i· uanocatq dicta · depost · liminio

postad idem liminio · postliminio uideantur redisse. Quo genere etiam man
cinus causa defendi potest · postliminio reddisse · deditum non esse · quoniam non
sit receptus. Nam neque deditionem · neque donationem · sine acceptio
ne intellegi posse. Sequitur his locus qui constat ex rebus quae quodam modo · ab effectu siue a coniugatis
affecte sunt · ad id de quo ambigitur · quem modo dixi in plures partes dis
tributum. Cuius est primus locus ex coniugatione quam sin zugian uo · ł · s · sinzugia
cant. finitimus notationi · de qua modo dictum est · Vt si aquam plu
uiam eam modo intellegeremus · quam imbri collectam uideremus · ue
niret mutius · qui quia coniugata uerba essent pluuia et pluendo ·
diceret omnem aquam oportere arceri quae pluendo creuisset.
Cum autem a genere ducetur argumentum · non erit necesse · id usque a ·s· genus
·i· a genere generalissimo · ·s· ultimo genere
capite arcessere · saepe etiam citra licet · dum modo supra sit quod sumitur quam
id · ad quod sumitur. Vt aqua pluuia ultimo genere ea est · quae de caelo ue
niens · Sed pro priore ·s· genere · in quo quasi ius arcendi continetur · genus aqua · superiore
pluuia nocens · eius generis formae ·s· aqua pluuia · loci uitio et manu nocens · Quorum
altera ·terra· iubetur ab arbitrio coherceri · Alterum ·terra· non iubetur · Commode etiam
tractatur haec argumentatio quae ex genere sumitur · cum ex toto partes persequare
hoc modo · Si dolus malus est · cum aliud agitur · et aliud simulatur · enume · ł · quid dolus malus
rare licet quibus id modis fiat · deinde in eorum aliquem id quod arguas do
·i· anteromia
lo malo includere · quod genus argumenti in primis firmum uideri solet.
Similitudo sequitur · quae late patet · sed oratoribus et philosophis · A similitudine
magis quam uobis · etsi enim omnes loci sunt omnium disputationum ad ar
gumenta suppeditanda · tamen aliis disputationibus abundantius occurrunt ·
aliis angustius. Itaque genera ·s· locorum · ł · loci · tibi nota sint · Vbi autem his utare · quaestiones
ipsae te ammonebunt · Sunt enim similitudines quae ex pluribus collatio
nibus perueniunt quo uolunt · hoc modo · Si tutor fidem praestare debet · ·s· debet · si socius · si cui
mandaris · si qui fiduciam acceperit · Debet etiam procurator · Haec ex pluribus perue
niens quo uult · appellatur ·et· inductio · quae graece paragoge nominatur · qua plurimum est usus
in sermonibus socrates · Alterum similitudinis genus collatione sumitur · ł · s · monens · s · boetius